



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Osnaburgum adit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

ne animis, componendis inter ciues grauibus diffidiis, priuatim cohortandis ad fidem, singulari cum pietatis prouentu consumptum est. Inde reuertenti Coloniam, ex itinere etiam concionandum fuit. Sæpe enim vix equo descenderat, cum suggestum inscendere cogebatur, nec ante corpusculo suo terræ panem inueniebat, quam panem cæli hospitem populorum animis ipse frengisset. Ad Guilielmum Iuliacensem Principem postridie quam Coloniam venerat, ire perrexit: nihil deterritus, cum quidem ingrueret bruma, siue locorum iniuriis, siue inclementia temporū. Aberat Princeps: quare ad Episcopum Osna-<sup>Osna-
burgum</sup> burgensem Pater diuertit. Apud eū summis precibus ^{adit.} binas hebdomadas, eoq; amplius coactus est moram facere cupientem de religione multa conferre. Productus est illico in sacra rostra: Domini- que natalitias ferias quotidiana dictione Osna- burgensi populo sanctiores, lætioresq; fecit. Collegium Societatis optabat Episcopus. Sed cum præcipua quæque per Lutheranos gererentur, planeque perturbata iaceret religio, haud suppetebat facultas, vnde pia vota producerentur ad exitum.

f

Agebat

1566.

*Et Duceva lu-
liaceu/om.**Colonia multa
pro pietate ge-
rit.*

Agebat iam nouo allapso anno apud Ducem
Guilielmum, cum nuntius perfertur, ex huma-
nis Pontificem excessisse. Nihilò secius quæ at
illo habebat mandata Duci exposuit, plurimum
hortans ad veri explendum, germanique catho-
lici officium, ac nominatim in amplis illis, ac pre-
claris ditionis suæ Prouinciis, ne Sectariorum cor-
ruptelis locum daret. Promisit Augustam se
uenturum ad comitia, causamque religioni
quoad verbo Dei foret consentaneum, pro vita
gesturum: quod Canisio verbum haudquaquam
in plenum arrisit. Reuersus inde Coloniam cum
Senatu, atque gymnasio multis de rebus egit ta-
to cum successu, vt magnificè, & omni laude,
ope omni dignam Ciuitatem eam prædicet, quæ
diu licet prope orba Archiepiscopo, & vndique
circumfessa, & oppugnata ab Hæreticis, nec val-
dè purgato munita Clero, perstaret tamē immo-
bilis, suoque retineret iure nobilem titulum, vt
Felix Colonia sanctæ Romanæ Ecclesiæ fidelis fi-
lia, & diceretur, & esset. Ergò cum explicasse
Pater Studium, & amorem aduersus eos Pontifi-
cis Maximi, quamuis iam decessisset, se se respon-
derunt Romanis Pontificibus summam debere
vene